

ROUEZ

Rowez, Roez, Roué, -ée, Rodulfi Vadum.

Prope Villequier, Dép. Aisne, Dioc. Soissons.

Parthenon. Norbertus de Cuissy eo transtulit sorores Cuissiacenses, usquedum commorantes in Gériigny, post annum 1148. Anno 1194 adhuc floruit<sup>113)</sup>. Saeculo sequenti versus est in praeposituram canonicorum, a Cuissiaco dependentem, quae anno 1422 translata est in Genlis, de quo vide supra. Nihil de aedibus superest.

Quoad omnia vide supra apud Genlis, apud Cuissy, Chebret et apud Gériigny.

SENS St. Paulus

Sanctus Paulus Senonensis, -de Vanna, -Ripae Vannae, St. Paul-sur-Vanne, Saint Pol sur Vanne lez Sens.

In suburbio meridionali civitatis Senonensis (sedis archiepiscopalis), non longe a confluente fluviorum Yonne et Vanne. — Dép. Yonne.

Abbatia tenuissima, una ex minimis in Ordine. Anno 1092, Richerus archiepiscopus Senonensis construxit ibi ecclesiam in honorem BMV et Sti. Eugenii, quam successor eius Guido de Noyers anno 1192 commisit abbatiae de Dilo. Illa erexit ibi prioratum, qui evecus est in abbatiam anno 1221, sub archiepiscopo Petro de Corbeuil. Stetit sub paternitate

<sup>113)</sup> DOUET D'ARCQ *Beaumont* 57.



abbatum Deiloci. Prioratus simplices possedit in Baloy, Michéry et Forret. Parochia adiacens Sti. Cartaldi saec. XVII translata est in ecclesiam abbatialem. Non obstante paupertate sua, annis 1531/78 et ab anno 1689 fuit commenda. Interdum, prae egestate, vix ali potuit unus religiosus. Mensa abbatialis 800, conventualis 1200 Libras valuit. De historia primaeva illius parum est notum, quia Jacobus Spifame, iniquus abbas commendatarius et apostata, anno 1558 maiorem partem archivorum combussit. Abbas Petrus de Biez accersivit reformatos Antiqui Rigoris, quos cum ne alere quidem potuisset, remisit ad suos anno 1637. Abbates non fuerunt mitrati, Claudius Duchat usurpavit usum pontificalium anno 1660, quod tamen a Capitulo Generali inhibetur<sup>114</sup>). Anno 1708 peracta est separatio mensarum, prior tunc fuit unicus religiosus gremii. Tentamen unionis canonicae cum Collegio S. J. in Sens fuit in cassum anno 1733. Anno 1766 iam pertinuit ad Circariam Campaniae, tunc „duo canonici eius administraverunt duas pauperes parochias“<sup>115</sup>). Anno 1790 suppressa est pauperula domus, cuius aedes adhuc erant integrae anno 1860, cum pulchra ecclesia saec. XIII, quae adhuc erat in usu. Sed mox omnia fere destructa sunt, hodie supersunt duae fornices claustrum eiusdem epochae, aliaque residua pauca in aedificio modico, quod partes monasterii continet. Altare nunc est in museo municipali.

Archivalia: Arch. Dép. Yonne, Auxerre 5 reg. MSS, 9 fasc. Diplomata, 335 chartae 1160/1788 (H 470/88) — Ibid. Q 54 pp. 151/57 — BMun Nancy 992 XIII 369.

Fontes et Litteratura: HUGO II 499 — WAEFELGHEM 19, 246 — BEAUNIER/BESSE VI 40 — BERGER 140 — COTTINEAU 1195, 1445, 1845, 3008 — DARAS 81 — DELISLE *Rouleaux* 412, 469, 492 — FISQUET Sens 214 — Gallia Chr. XII 252 — GOOVAERTS I 120, IV 307 — ISAD Yonne H III 100/05 — ITEM G 20, 61, 63, 64, 65, 128, 136, 137 — ISAD Seine-et-Marne H 110 — *Rép. Numér. Seine-et-Marne* H 61 — LECESTRE 45 — *Lettr. com. Jean XXII* 42 880 — LONGNON *DocChBr* III 467 — IDEM *Pouillés* VI cf. ind. — QUANTIN CGY I 568 — IDEM DTY et RAY cf. ind. — IDEM Rec. 437 — *Rev. Mab.* III 131, 413 — *Reg. Ben.* XI 540, 542, 543 — *Reg. Ben.* XII 3168 — H. BOUVIER, *Histoire de l'Église et de l'ancien Archidicèse de Sens*, Amiens 1906, 3 voll. cf. indd. — P. BUGNOT, *L'armorial de Sens en 1696* (BSAr Sens XXVI 1911, p. 17) — Ch. POREE, *Documents relatifs à la vente des Biens nationaux dans le district de Sens*, Auxerre 1912, I 89/93 — IDEM, *Cahiers de Doléances* (vide apud Dilo) p. 843 — M. QUANTIN, *Lettres inédites de l'abbé Lebeuf* (BSSchNat. Yonne, Auxerre 1866, V 91, p. 265) — P. QUESVERS/H. STEIN, *Inscriptions* (vide ap. Dilo) I 7, 561/63, III 330/31 — B. TAREAU, *Cartulaire Senonais*, publ. a G. JULLIOT, Sens 1884, pp. 56, 133, 187.

<sup>114</sup>) ACG Laon 845.

<sup>115</sup>) TAIEE XX 251.

Series abbatum (nisi aliter notetur, sec. Gall. Chr., emendata  
sec. ISAD Yonne H et G)

A... (prior?) 1205	Joannes des Antes † 1506
Nicolaus —1220 <sup>116)</sup>	Gulielmus?
Robertus 1221—	Stephanus du Meez 1513, †1531 <sup>18)</sup>
Gilbertus 1240/44	Jacobus Spifame 1531—58
Isambertus 1244	Aegidius Spifame 1558—78
Stephanus 1247/50	Franciscus de Vassy OSB
postea abb. in Auxerre	1588/1607
Clemens 1250/62 <sup>117)</sup>	Petrus Bossuet (Gosnet?) 1607?
Lambertus 1262	Robertus de Biez 1606—33
Stephanus 1268	Petrus de Biez 1633—37
Clemens 1279/80	Claudius Duchast 1637—43
Odo 1280/83	Petrus Balthazard 1662
Gulielmus 1292—	Carolus Balthazard 1670, † 1688
Odo 1307	Mathias Charlan 1688—95
Gulielmus 1370, † 1375	Nicolaus Denise 1695—1707 <sup>119)</sup>
Joannes Housseau 1376—97	Eustachius de Feu 1708—16 <sup>120)</sup>
Nicolaus Bradin † 1400	C. Antonius de Féra de Rouville
Nicolaus Brachu 1424/29	1717—47
Matthias 1442/46	Franciscus Soucelier 1748—55
Joannes Jolivet 1453, † 1460	Gabriel Gou 1755(—90?)
Joannes Fouré 1460—68	N. Lhermite de Chambertrand <sup>121)</sup>
Simon Senan 1469—76	
Jacobus Chenin 1478—88	Inseri nequit:
Aegidius Chenin † 1501	Joannes 12... Ob. Praem I 2. X

<sup>116)</sup> Ob. Praem. I 22. IV.

<sup>117)</sup> QUANTIN Rec. 603/05.

<sup>118)</sup> ISAD Yonne H 104.

<sup>119)</sup> Ibid. G 136.

<sup>120)</sup> Ibid. 137.

<sup>121)</sup> Secundum *Alm. Roy.*, G. Gou fuit abbas usque ad supressionem. Sed secundum MS saec. XIX in Arch. Parochiae Sti. Mauritii Senonensis, ultimus abbas fuit supradictus, qui an. 1794 in Revolutione supplicio est interemptus.

VALCHRETIEN B. M. V. et Sti. Ghisleni

Vallis Christiana, Vau-, Vaux-, Vaul-, Val-, Vaulxcrestien, -cristien.

In vico Reincourt, com. de Bruyères-sur-Fère, ad rivum Ourcq, inter Soissons et Chateau-Thierry, Dioc. Soissons. Dép. de l'Aisne.

Abbatia, fundata a Radulpho filio Gilberti, et Gilla eius uxore, qui locum dederunt ad construendum anno 1134, per manus Goscelini episcopi Suessionensis. Filia Sti. Martini Laudunensis. Benefactores fuerunt Toparchae de Cramailles, qui postea iniuste sibi titulum fundatorum arrogaverunt, dein Gilbertus de la Ferté Milon, Robertus I comes de Braine, Comites de Troyes, et Guido de Garlande<sup>122</sup>). Moniales translatae sunt in Dormans, ante annum 1145. Confirmationes pontificiae an. 1147, et 1175. Ecclesia incorporata: Bruyères. Eustachius de Lens abbas fuit insignis scriptor. Anno 1420 devastatum ab Anglis, interitui proximum est coenobium, per abbatem Petrum de Soissons († 1453), auxiliantibus aliis canoniis, reconstruitur. Sub abbate Caesare Leduc separatio mensarum. Mensa abbatialis valuit 3000, conventualis 5500 Libras. Anno 1766 ibi erant 6 canonici residentes, anno 1790:5. A saeculo XVII pertinuit ad Circ. Prémontré. An. 1790 suppressum. An. 1878 adhuc existit magna pars monasterii, et pulchra ruina ecclesiae, quae fuerat 60 metrorum longitudinis. Nunc omnia residua sunt sublata.

Archivalia: supersunt pauca. Arch. Dép. de l'Aisne Laon I fasc. (H 1036) 66 documenta 1697—1791. Cf. ibidem B 3771, 3790, Q 361, Coll. Piette fasc. 131 — BN Paris Coll. Fleury cf. BOUCHOT nr. 3442, Coll. Moreau t. 56 p. 118, t. 59 p. 1, t. 60 p. 60, t. 67 p. 211, t. 69 p. 18, t. 71 p. 111/57, t. 72 p. 64, t. 74 p. 160, t. 82 p. 46, t. 83 p. 15, t. 90 p. 190, t. 128 p. 167, t. 161 p. 87, t. 167 p. 138, t. 192 p. 129, t. 193 p. 84 — BMun. de Laon MS 539: Diarium saec. XVII, prioris Fossier (cf. TAIEE 94) — BMun Nancy 992 XVII 503 — BMun Soissons Coll. Périn III 1082, 1104.

Fontes et Litteratura: HUGO II 1109, pr. 627/33 — WAEFELGHEM 305 — BERGER 1796 — CANIVEZ I 498 — CARLIER I 493/94, II 465, 486 — *CatMSSBDép* III 154 — CHEVALIER 3210 — COTTINEAU 3255 — DARAS ANF 86 — DELISLE *Roul.* 465 — *Dict. Top. Aisne* 279 — *Ep. Gervasii* Cod. Rawl. nr. 71, 72 — *Gall. Chr. vet.* IV 895, N IX 499/501 — GOOVAERTS I 264, II 504/05 — HLF XVIII 4 — JAFFE 9109, 12 437 — ISAD *Aisne* III 155 — LAUER II 246 — LECESTRE 47 — LEFEVRE/PONTALIS II 215 — LONGNON *DocChBr* II 103, 287, III 653 — IDEM *Pouillés* VI cf. ind. — MIGNE t. 180 c. 1260 — PECHEUR II 358 — PICOT 425 —

<sup>122</sup>) Iste fuit fundator abbatiae Gué-de-l'Orme, de qua supra. Mater illius abbatiae nescitur, quapropter fieri potest, illam a Valle Christiana esse ortam.

POTTAST 12 076 — SAINCIR I 174, 196, 203, 205 — VALVEKENS *Chap. Gen. Despr.* cf. ind. — A. CORLIEU, *L'Abbaye de U. (AnnSHAr Chateau-Thierry 1888/89, pp. 90/101)* — PECHEUR in *BSArSoissons XIII* (1859) 51.

Series abbatum (Gall. Chr., aucta ex Alm. Royal)

Ursus 1135—42	Aegidius Escot † 1493
Grimaldus 1142—	Benedictus de Corbie 1513 simul abb. Vallis Secretae
Mauritius 1147/55	Nicolaus Vauqueson OSB 1521
Bartholomaeus 1174	Petrus Boschet ca. 1525
Galterus ca. 1180 <sup>123)</sup>	Symphorianus Bullioud 1530, † 1533
Odo 1190	Petrus de Foville 1535/39 postea abb. in Joyenval
Joannes ca. 1195 <sup>124)</sup>	Bartholomaeus Gaugier 1539—41 antea abb. in Joyenval
Petrus 1210	Gerardus Gilbault 1557
Eustachius de Lens inter an 1220/26 antea, vel simul abb. in Valsery	Joannes Milon ca. 1570
Aegidius 1258	Stephanus Dieutegarde OSB 1585—97
Joannes 1282	Joannes Colletet OSB 1597—
Gilbertus 1289 <sup>125)</sup>	Jacobus Bayard OSA 1605/38 res.
Joannes † 1305	Eustachius de Conflans 1638—47 res.
Michael 1319	Caesar Le Duc 1647—
Ponsardus 1342	Franciscus Tallemant † 1693
Nicolaus ca. 1360 <sup>126)</sup>	Ludovicus Le Bègue de Majainville 1693—1737
Joannes Aupoix 1402/15	N. Richard 1737—53
Petrus de Soissons 1415—53	N. Bellon 1753—70
Dominicus 1454	Joannes Franc. d'Aymard 1770—90
Joannes Billonnet 1470	

VALPROFONDE

Profunda Vallis. V. profunda, Vaul Parfonde, Vauxprofond, Cella Monialium.  
Curia in com. Villeneuve-sur-Yonne, prope Auxerre versus aquilonem, Dép.  
Yonne, Dioc. Auxerre, nunc Sens. — Vitetur confusio cum carthusia eiusdem  
nominis in eadem diocesi.

<sup>123)</sup> Ob. Praem. I 21. VI.

<sup>124)</sup> Ibid. 8. VI.

<sup>125)</sup> LAUER II 246.

<sup>126)</sup> Ob. Praem. I 17. XII. Vide supra apud Moncetz.

Moniales abbatae Sti. Mariani in Auxerre, apud primam translationem conventus paulo post annum 1141 relictæ sunt apud Stum. Martinum, sedem canoniae primitivam. Exinde sorores transferuntur „in sylva Othe locum, qui vocatur Vallis profunda“. Asceterium adhuc floruit anno 1212, sed in decursu illius saeculi est exstinctum.

Archivalia: vide Auxerre St. Marien.

Litteratura: HUGO II 589 — WAEFELGHEM 53 — *Lettr. com. Jean XXII* 49 127 — QUANTIN CGY II 560 — IDEM *Dict. Top. Yonne* 133 — ISAD Yonne H cf. ind. 560.

#### VALSECRET B. M. V.

Vallis Secreta, Sta. Maria in Vallibus Secretis, Val-, Vas-, Vaussecré, -secré, -segré.

Com. de Brasles, prope Château-Thierry, Dép. de l'Aisne, Dioc. Soissons.

Abbatia celebris. Fundata initio saeculi XI tamquam collegiata in castro comitis in Château-Thierry, probabiliter ab Odone II comite Campaniae. Theobaldus IV comes et Lezardus episcopus Suessionensis in vanum conati sunt ibi instituire canonicos regulares. Anno 1133 idem Theobaldus, auxiliante Gosselino episcopo, ecclesiam tradit Praemonstratensibus ex archicoenobio. Moniales mox transferuntur in Monthodon. Canoniam ipsam anno 1140 ex tumultu castris aufugit in solitudinem Valsecret. Filias genuit sequentes: Dilo, Hermières, Chambrefontaine. Ecclesiae incorporatae: Château-Thierry N. D. (antiqua sedes canoniam, postmodum parvus prioratus), Corribert et Maroeuil, Bézu et Lucy, Char-mel, Bourresche, Bézu St. Germain. In canoniam colebatur sic dictum Caput Sti. Joannis Baptistae. Anno 1681 fit commenda, separatio autem mensarum an. 1686. Mensa abbatialis valuit 5500, conventualis 6000 Libras. Ab anno 1686 usque post annum 1765 laboratum est in constructione novarum aedium, et novae ecclesiae. A saeculo XVII pertinuit ad Circ. Prémontré. 1766 habuit 11 canonicos (quorum 6 residebant), sicut et 2 novitios et unum donatum. Anno 1790 suppressa est canoniam. Circa annum 1840 adhuc extiterunt ruinae ecclesiae, iam anno 1888 nil amplius supererat.

Archivalia: Arch. dép. de l'Aisne Laon 38 fasc., continentes diplomata an. 1151/1790 (H 1937/74) et 1 fasc. de prioratu Château-Thierry. Confer sér. B 3719, G 1 65, E Suppl. V et VI cf. ind. et sér. Q — Ibid. Coll. Piette fasc. 117 (delineationes antiquae) — ArchNat Paris 1 capsula diplomatum (L 1008) 1181/1263 — BN Coll. Fleury cf. BOUCHOT nr. 3278 — BMun Nancy 992 XVIII 1. —

Fontes et Litteratura: LEPAIGE 464 — HUGO II 1033, pr. 641/45 — IDEM, SAM *Ep. Gerv.* 65, item Cod. Rawl. 71; 72 — AUVRAY 1238, 1242, 2806, 3237, 4630 — BERGER 7565/66 — BOUTARIC.1062 — *CatChartCollHerFr.* nr. 323, 327, 334 — *CatFact VII* 187 — COTTINEAU 459, 882, 3267 — DARAS ANF 86 — DELISLE *Rouleaux* 418, 465 — *Dict. Top. Aisne* 281 — *Gall. Chr.* IX 496 — GOOVAERTS II 227 — GRENIER 195, 463 — JAFFE 8197, 11 974, 14 792, 16 083 — ISAD Aisne H III 155/60 — LAUER II 234/36 — LECESTRE 47 — LONGNON *DocChBr* cf. ind. II 711, III 653 — IDEM, *Pouillés VI* cf. ind. (com. Brasles) — MIGNE PL t. 179, c. 575 — PECHEUR II 354 — PICOT 425 — POTTHAST 5679, 6089, 6091, 6169, 6585, 9149/50, 9502, 10 676, 12 124, 12 154 — PRESSUTTI cf. ind. II 757 — RAMACKERS PUF IV 264 — IDEM *Urk. Nancy* 134 — *Reg. Ben. XII* 5550, 9302 — SAINCIR I 85, 125, 203 — VALVEKENS, *Chap. Gen. Despr.* cf. ind. — A. CORLIEU, *L'Abbaye du U.* (*AnnSHAr Chateau-Thierry* 1887/88, pp. 239/56) — A. POQUET, *Procès verbal du 14 mai 1688 en sujet des travaux de restauration exécutés et à exécuter à l'abbaye de U.*, ibidem 1888 182/85 — IDEM, *Note sur les chartriers de Val-secret et d'Essomes*, ibidem 1888 pp. 178/81.

Series abbatum (si non aliter notetur, sec. Gallia Chr.)

Godefridus Teutonicus 1133, res. ante 1162	Joannes 1220/21 Herbertus 1224
Stephanus 1162	Petrus 1231/32
Godefridus 1164 <sup>127)</sup>	Joannes 1233/34
Dodo 1166/75 <sup>128)</sup>	Ingelrannus 1235
Joannes 1178/84 <sup>129)</sup>	Veremundus 1238/39
(R)obertus 1186/89 et 1192/1200 abb. Praemonstr. 1189/92	Petrus 1244/46 Joannes 1247/52
Isambardus 1212?	Petrus 1258/60
Petrus de Orchies 1210, —1217 postea abb. in Cuissy	Richardus 1279 Nicolaus 1284
Eustachius 1218 <sup>130)</sup>	Joannes 1312, 1327
Conradus 1218—20 antea praep. in Weissenau, postea abb. Praemonstr.	Balduinus 1328 Joannes 1330/35

<sup>127)</sup> LAUER II 235. Forte est idem ac Godefridus Teutonicus.

<sup>128)</sup> Ibidem.

<sup>129)</sup> ISAD H 1044.

<sup>130)</sup> POTTHAST 5679, 5686. Probabilius est idem ac Eustachius de Lens (vide Valchretien).

Philippus d'Épernay 1352	Franciscus de Rong 1564
Balduinus —1363 <sup>131)</sup>	Franciscus de Longpré 1572—1611 postea et simul abb. Praemonstr.
Joannes de Ulcheyo 1363— <sup>131)</sup>	Jacobus Chatellain 1611—38
Balduinus de Lepion 1376/98	Claudius Létendart de Bully 1638—81
Joannes de Sergy 1410	Ludov. Honor. Hennequin de Charmon 1681—1735
Herbertus Romel 1420	Alexander Milon 1735—37
Aegidius Paulmier 1421/30	Gabriel Leclerc 1737—90 <sup>132)</sup>
Robertus Roussel 1434/50	
Petrus Roussel 1460	
Joannes Camus 1468	
Petrus Merdel 1476	
Joannes Michon 1494	Inseri nequeunt: Constantius saec. XIV) 25. XI Ob. Praem. I, Gulielmus 1. VIII ibidem (ante an. 1234)
Benedictus de Corbié 1513/24 (vide Valchrétien)	
Petrus de Lyons 1557	

VALSERY B. M. V.

Vivarium, Vallis Serena, -Serii. Val-, Vau-, Wau- Vaussery, -seri, -sereine, -serene, -sery (-séry numquam!), -serit, -ceri, cery, -serie, Vaulx-Sery.

Com. de Coeuvres-Valsery, cant. Vic s. Aisne, Dép. Aisne, Dioc. Soissons.

Abbatia insignis, una ex antiquissimis Ordinis. Clerici saeculares, communiter viventes in Viviers, anno 1124 vel 26 ope Hugonis de la Ferté Milon, et Lezardi episcopi Suessionensis amoti sunt, et Praemonstratenses ex ipso archicoenobio illis substituti. Moniales transferuntur an. 1148 in Javage, ipsa vero canonia an. 1153 in Valsery. Viviers per aliquot tempus mansit prioratus, qui postremo evasit simplex. Consecratio ecclesiae anno 1227. Ecclesiae incorporatae: Dampleux, Viviers, Oigny, Silly, L'Enclôs de Valsery. Anno 1356 destructa est ab Anglis, anno 1567 funditus a Calvinistis, omnes religiosi tunc sunt necati. Anno 1643 iam aliquatenus fuit reconstructa. Ex culpa ultimi abbatis regularis Mainvillette, qui frustra speravit se fore episcopum Laudunensem, anno 1713 facta est commenda, et mensa abbatialis unita est episcopatu Suessionensi. A saeculo XVII Circ. de Prémontré. Mensa conventualis valuit 9000 Libras. Anno 1766, ibi fuerunt 10 canonici, quorum 5 resi-

<sup>131)</sup> *Reg. Clement IU* nr. 95.

<sup>132)</sup> *Alm. Roy.* an. 1738/90.

debant, et 2 novitii. Anno 1790 suppressio. Ecclesia mox destruitur, reliqua versa sunt in castellum, quod combustum est anno 1914. Nunc remanent tantum rudera.

Archivalia: Arch. Dép. Aisne Laon 11 fasc. cum 211 doc. 1141/1789 (H 1075/85). Cf. B 3720, 3791, C 73, G 253, Q 807. Coll. Piette fasc. Coevres-Valsery. — ArchN Paris 1 capsula continens diplomata (L 258/62, L 1008). Coll. Fleury cf. BOUCHOT 2085/87 — BN Paris Coll. Clairambault 561 p. 445/58, Coll. Picardie t. 292 (47 chartae) — Arch Soc. Archéol. Soissons (cf. Inv. p. 440) — BMun Amiens MS 1018 — BMun Laon ACG fol. 702 — BMun Nancy MS 992 XVIII 37 — BMun Soissons Coll. Périn III 1470/73, 1485, 6476.

Fontes et Litteratura: LEPAIGE 454 — HUGO II 1039, pr. 645/50 — de BEAUVILLE 77 — BOUTARIC II 782 — CARLIER p. just. 24, cf. ind. III — *Cat. Chart. Coll. Hér. Fr. (Picardie)* nr. 307, 310, 312, 319, 322, 339, 352 — *Cat. Fact.* cf. ind. — *CatMSSBDép* XXV, XLIV — COTTINEAU 495, 2133, 3036, 3292, 3413 — DARAS 86 — DELISLE *CAPHil Aug* cf. ind. — DEMAY *Norm.* 2907 — *Dict. Top. Aisne* 281 — *Form. Pr.* 172, 220 — DOUET D'ARCO *Beaum.* 55/58 — *Gall. Chr.* IX 485 — GOOVAERTS II 247, 324, 338, III 62, IV 342 — GOUSSET II 272 — JAFFE 9974 — ISAD Aisne III 160/61 — LAUER II 230/31 — LECESTRE 47 — LONGNON *Pouillés* VI cf. ind. — MELLEVILLE 2e éd. I 38 — MICHAUX (cf. Clairefontaine) pp. 11, 16, 19, 48, 185 — MIGNE t. 170 c. 1309; t. 188 c. 1380 — PECHEUR cf. ind. — PERIN I 85/87, II 67/69, III 122/24 — PICOT 425 — POTTHAST 1567 — RAMACKERS *Urk. Nancy* 134 — SAINCIR I 81, 120, 158, 173, 203, 232 — VALVEKENS *Chap. Gén. Despr.* cf. ind. — A. de BERTIER de SAUVIGNY, *Un internement au XVIIIe siècle: Le Comte de Fuentes-Pignatelli à l'Abbaye de Valsery*, Paris 1929 — M. FIRINO, *M. de Maineville, abbé de V.* (BSAr Soissons 3e sér. XIV, 146/63) — M. LEVEQUE, *Monographies du Dép. de l'Aisne. Commune de Coevres-Valsery* (BS Géogr. de l'Aisne 1892) — J. LECLERCQ de la PRAIRIE, *Note sur la Paroisse de l'Enclos attachée à l'abbaye de Valsery* (BSAr Soissons V 1875, 68, et 1878) — A. POQUET, *Promenade archéologique dans les environs de Soissons. Rapport fait à la Soc. Hist. Arch. et Scient. de Soissons sur les églises, châteaux et abbayes de . . . Valsery*. Paris 1856 — A. POQUET, *Notice sur l'abbaye de V.* (BSAr Soissons IX 1855, 214) — *Ibid.* XII 23.

Series abbatum (nisi aliter notetur, sec. Gall. Chr.)

Henricus 1124/26—ca. 53 res.?	Robertus 1200/04
Stephanus 1154—67 <sup>133)</sup>	Eustachius de Lens ante an 1220
Heribertus 1167/89 <sup>134)</sup>	postea abb. in Valchrétien
Theodoricus d'Oigny ante 1200	Heribertus 1220/27

<sup>133)</sup> Dodo quem affert HUGO pro an. 1167, reapse spectat ad Valsecret.

<sup>134)</sup> *Cat. Chart. Coll. H. Fr. Pic.* nr. 307.

- |   |  |
|---|--|
| G(ilbertus?) 1233                                     | Athiotus Bonnard 1538/43 res.                    |
| Veremundus 1239<br>ante vel post abb. in Valsecret    | Joannes Bonnard 1543—58                          |
| G . . . . . 1241 <sup>135)</sup>                      | Gulielmus Marie 1559—77                          |
| Harembaldus 1240/52                                   | Gabriel Cimerel 1577—85 res.                     |
| Drogo 1255/74   | Ludovicus de Lametz 1585—1643                    |
| Robertus de Coeuvres 1274 <sup>136)</sup>             | Honoratus Gonfler d'Epargny<br>1643—53           |
| Robertus de Faverolles res. 1306                      | Dionysius de Lorry 1653—72                       |
| Joannes Le Petit ante 1339<br>postea abb. Praemonstr. | Claudius d'Hannivel de Maine-<br>ville 1672—1713 |
| Theodoricus de Micy 1311/39?                          | Josephus Languet de Gergy 1715—30                |
| Joannes du Parvis 1356                                | Carolus Franc. Lefèvre de<br>Laubrière 1731—38   |
| Balduinus Hurant ante 1394 <sup>137)</sup>            | Franciscus de Fitzjames 1739—64                  |
| Gobertus de Laon 1394/1412 <sup>138)</sup>            | Henricus Claudius de Bourdeilles<br>1764—78      |
| Petrus 1415 <sup>139)</sup>                           | Franc. de Montholon 1778—90                      |
| Joannes de Marle 1421                                 |  |
| Joannes Ledru —1469                                   |  |
| Joannes Gaudechaux 1489—                              |  |
| Gulielmus Tachet 1494                                 | Inseri nequit:                                   |
| Gulielmus Cordier —1505                               | Gislebertus 6. VI. Ob. Praem. I<br>(1233?)       |
| Nicolaus de Maucrois 1507/21                          |  |

DUBIUM

ST. QUENTIN Sti. Nicolai

Saint-Nicolas de Prémontré.  
Civitas in Dép. Aisne, Dioc. Soissons.

Paulo post foundationem canonicae Praemonstratensis, ante annum 1126, adiuvante Radulpho I Comite Viromanduae, Decanus et Canonici Sti. Quintini locum dederunt abbatiae in dicta civitate, ad construendum prioratum. Ab anno 1343 permagnum et pulchram aedificium ibi erigi-

<sup>135)</sup> LAUER II 231.

<sup>136)</sup> Ibid.

<sup>137)</sup> *Form. Pr.* 172.

<sup>138)</sup> DEMAY, *Normandie* 2907.

<sup>139)</sup> *Cat. Magny* n. 930.

tur, plures abbates ibi sedem elegerunt, celebrata sunt ibi quinque Capitula Generalia Ordinis inter annos 1497 et 1512, et varia alia Capitula. Ibi debebant semper aliqui canonici sub regimine prioris, qui vocabatur „magister domus Praemonstratensis“. Tanti momenti et tam conspicuus fuit hic prioratus, ut vix non considerari potest tamquam domus formata. Anno 1557 tantopere ruinata est domus, ut abbatia dein eam aliis locavit. Medio saeculo XIX adhuc existerat turris, ab abbate Simone de la Fère constructa, et aliqua alia aedificia.

Archivalia et Litteratura vide Prémontré. Cf. de La FONS I 447, II 240/41.

PRAETERMISSA

CHEZY St. Petrus

prope Essomes, Dioc. Soissons.

Celebris abbatia OSB, quam quidam auctores dicunt ad breve tempus fuisse O. Praem. saeculo XII. Quae videntur esse erronea, quia iam anno 1033 abbatia pertinuit ad Congregationem Cluniacensem. Vide SAINCIR 126, et A. POQUET, *Notice historique et archéol. sur le bourg et l'Abbaye de Chézy*, BSA Aisne 1843/44, 171.

MACHERET

Com. St. Just Sauvage, arr. Epernay, Marne. Dioc. Troyes

CHEVALIER 1798 errat hanc domum attribuendo Ordini nostro, revera fuit Grammontensium, vide COTTINEAU 1699.

